



# Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CXLI. Bischof Johann von Prag ertheilt der Königin Kunigunde von Böhmen  
und der verwittweten Markgräfin von Brandenburg die Absolution, welche  
am Grünen Donnerstage zu Prag ausgetheilt wird, weil ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

causae iustae sit, cordetenus revolventes. Est enim dolor amarissimus, pati dolores et afflictiones immeritas, nisi quod proinde datur meritum salutare; hac animadversione consolatur noster animus aliquantum. Unde teste dei filio, cum in vestra salute constet nostrum vivere, multis casibus circumscriptum, supplicandum Vestrae Dilectioni et Dominationi duximus omni fiducia: quatenus advertentes, quanta salus et quot viventium quasi vestro vivere dependeat, propter deum et amore vestrae conjugis carissimae, puerorum vestrorum, nostri et nostrorum, qui vestri sumus, exaudire clamantes dignemini, et cavere diligentius multiformes decipulas malignorum, et praecipue, ne ad aliquas munitiones civitatum seu castrorum expugnandas personaliter accedatis. Sit enim vobis ante oculos cordis huius exempli poetici monumentum: Possit ab incauto mors tibi saeva dari.

Nach Palacky, a. a. D. S. 267. Nr. 6.

**CXLI.** Bischof Johann von Prag ertheilt der Königin Kunigunde von Böhmen und der verwittweten Markgräfin von Brandenburg die Absolution, welche am Grünen Donnerstage zu Prag ausgetheilt wird, weil beide an diesem Tage nicht zu Prag anwesend seyn können, vermuthlich im Anfange des Jahres 1270.

Licet excellentiam Celsitudinis V<sup>rae</sup>, quemadmodum et praecordialis domini nostri Bohemiae regis illustrissimi, vestri mariti carissimi, in omnibus in quibus possumus, honoremus, et honorare toto vitae nostrae tempore intendamus: hac tamen vice, cum nostris consiliis, quamquam non usquequaque, obediveritis, petitionibus Ser<sup>is</sup> V<sup>rae</sup> gratanter annuimus ac etiam reverenter. Quapropter hoc, de omnipotentis dei misericordia confidentes, auctoritate beatorum Petri et Pauli apostolorum ac ea qua fungimur, vos et praeclaram nurum vestram, relictam Brandeburgensis marchionis felicissimae recordationis, cum his omnibus, qui de familia vestra in vestris obsequiis commorantur, nec his diebus ad sanctam Pragensem ecclesiam pro indulgentia promerenda accedere possunt, omnium remissionum, orationum et indulgentiarum ac aliorum univ<sup>er</sup>sorum bonorum spiritualium, quae in dicta ecclesia in die coenae domini et in festivitibus imminentibus peragentur feliciter, dante deo participes efficimus et confortes.

Nach Palacky, Abb. der Böh. Gesellschaft der Wissenschaften V, II, S. 280. Nr. 35.

**CXLII.** Die Markgrafen Otto und Albert von Brandenburg geben dem Kloster Broda, als Ersatz für das Areal der Stadt Neu-Brandenburg, gewisse Mühlenpächte daselbst, das Recht der Anlegung einer Mühle zu Broda, das Patronatrecht über die Kirche zu Neu-Brandenburg das Dorf Mechow bei Lychen und Fischereigerechtigkeiten auf dem Tollensee, am 9. Juli 1271.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Otto et Albertus, Dei gracia Marchiones Brandeburgenses, omnibus in perpetuum. Cum urgentis in senium seculi cor-